

PÁPAI PÁRIZ FERENCZ NAPLÓJA 1649—1691.

(Vége.)

1673.

Ez esztendőre viradván, Istennek hálát adék egész életem s kiváltképen bujdosásombeli gondviseléseért, könyörögvén és dicsérvén az urat, a 138. soltárt éneklém és az 105.

Et una cum anno ineunte auspicatus sum studium arabicum, praeunte optimo juvene Ludovico Crocio, Friderici filio.

3. Januarii templum Elizabethanum (sic dictum a S. Elizabetha, regina Hungariae, quae exstruxit) visitavi, ubi et sepulcrum splendidissimum mere argenteum lapidibus pretiosis vermiculatum ejusdem reginae. Ibi etiam tunica eidem holoserica caelitus demissa, eo quod pauperem nudum aliquando propriis vestibus induisset, ostentatur.

8. Febr. jöttünk ki szekeren Marpurgumból hárman: Horváthi János és Veresegyházi Tamás urammal Giessaba estvére, ott várván bennünket a Prussus barátunk.

⊙ Ebédelvén Giessaban, megindulánk az Apostolok után négyen, egy talyigára rakván egyetmásunkat in nomine Dni.

⌋ Francofurtum ad Moenum hora 2 érkezünk; volt igen jó szállásunk in Wejdenhof.

♁ Ebédelvén kiindultunk Francofurtumból.

♁ Darmstadium, ubi residentia Hassiae infer. princ. Itt igen szép nótáló óra vagyon.

♀ Hora 11 Heidelbergam ebédre, miután egy óra mulva kikisérém az én Basileaba menő comesimet, egyedül maradék szomorún.

♁ Invisi celeberrimos viros D. Ludov. Fabricium et D. Uieg s. s. theol. professores, instructus ad eos commendatitiis a pientissimo viro D. Reinholdo Pauli, s. s. theol. D. et P. P. in Academia Marpurg. qui me amanter excipere et simul D. Fabricius.

26. Martii. ♁ Mentem Manhemiumba gyalog. A palatinus Elector Carolus Ludovicus, cognomento Prudens Felix, szép új városába, a holott igen kies helyen szép új várat építtetett, melynek neve Fridrichsburg, a parente Friderico, cognomento Patiente.

⊙ Midőn fényesen nagy pompával menne ebédre, beadom a supplicationomat, hogy a collegiumba vétetne be szűkülő állapotomban.

⌋ Jöttem vissza Heidelbergába, az Elector elmenetele mián nem lévén válaszom. Az nap vöttem levelet Marpurgumból T. Eperjesi Mihály és Selyki Péter uraméktól.

12. April. jött válaszom, hogy ad convictoratum meglehet, nem pedig a gratuita alumniára, noha commendált D. Fabricius uram singulariter az electornak, kinn maga is csudálkozott, hogy nem succedalt.

¹ A hétnek egyes napjait: vasárnap, hétfő, kedd, szerda, péntek, szombat az illető planeták jegyeivel jelölte.

22. A Magnificus Rector acad. Heidelb. ex communi decreto kéréssem nélkül adott egy aranyat viaticumra Basileába készültömben.

23. Daniel Spanhemius uram bibliothecarius ajándékozott egy szép sidó bibliát. Heisch med. stud. egy német grammaticat.

24. Apr. Tremellium és Dav. Pareus M. 5. vidi. Spanhemius uram a Colleg. Supr. nevével adott viaticumra másfél tallért.

25. Indultam ki Heidelbergából szekeren instructus commendatitiis a D. Joh. Ludovico Fabricio. s. theol. D. et P. ad D. Vettstenium; a D. Mich. s. theol. D. et P. ad D. Lucam Gernlerum; a D. Georgio Franco, Med. D. et P. ad D. D. J. C. Bauhinium P. P. practicam, regis Galliarum consiliarium ut et aliorum imperii principem.

27. Argentoratum, ubi reperi quosdam Hungaros, ut et amicum prussum salvum.

29. Basileam veni, ubi solum ex ungaris D. Johannem Békés-Horváthi, jam tum collegii Erasmiani alumnum, reperi, ubi et ego diversatus sum ex permissu magnifici rectoris ad 14 dies.

30. Insertus sum matriculae academiae basiliensis.

5. Maji similiter matriculae facultatis medicae, prestito primum juramento.

15. Inchoavi collegium consultatorium apud D. Joh. Caspar. Bauhinum.

20. Collatum est mihi legatum Erastiens. medicum ab amplissima Regentia (sic) Basiliensi, egestatem meam considerando, quo adjunctus continuavi mansionem meam in collegio, sumptum compendium quaerens. Stipendium erat XL. librarum basiliensium, angariatim numerandum.

28. Apertum est cadaver adolescentis circiter 17 annorum hydropeascite¹ peremti in nosocomio basiliensi, doctissimo doctore et p. p. Joh. Henrico Glasero erudito demonstrante.

9. Julii Auspicatus sum feliciter collegium practicum apud D. D. Joh. Henricum Glaserum.

7. Aug. In nosocomio Basil. D. D. Joh. Henricus Glaserus cadaver hectici et phtisici, annorum circiter 28 aperuit et erudite anatomicae et pathologicæ examinavit nobis.

24. Aug. Cadaver puberis ischiadeo² dolore confecti apertum et examinatum a D. D. Glasero in nosocomio basiliensi.

24. Septembris fogadtam szállást 4 kopstuck, egy hétig. Mense Septembri licuit videre thesaurum incomparabilem D. Caroli Patimi, med. doct., magni historici et antiquitatum scrutatoris curiosissimi, Parisiis professoris regii, nunc metu regis profugi, Basileae commorantis, thesaurum certe imperatori, regibus ut principibus in hac copia et varietate negatum, antiquissimas nempe monetas tam romanorum quam barbarorum aeneas, argenteas, aureas ex maximo, magno, mediocri et minimo modulo. Quem suum thesaurum edito libro in folio evulgavit et ex antiquitatibus sigillatim explicuit, super quo etiam collegium privatum per-

¹ Hasvizkórság.

² Faridegfájdalom.

missu superiorum aperuit in gratia juventutis, ubi numismata omnia sigillatim oculis subiecit, et quando, a quo et a causa ex historiis resolvit. Duabus primis lectionibus interfui, hic abrumpere coactus qu. ἀμφ' ἀρεταῖσι πῶνος δαπανα τε μαρναται.

15. Octobr. Inchoatur anatomia publica virginis circiter annorum 17, a D. D. J. H. Glasero in theatro publico, duravit demonstratio 8 dies.

Toto hoc mense Octobri duravit collegium chymicum apud eundem D. J. H. Glaserum.

2. Decemb. Érkezett hozzám Basileaba Kopis Kállai János uram.

1674. Ez esztendőre viradván, hálát adék az urnak, hogy az elmúlt esztendőbeli bujdosásomat a világ szerént való háborukban is állandó egészséggel, békességgel, dolgomban jó előmenetellel megáldotta, élénkelvén a 118. soltárt.

7. Januar. Infanticida quaedam (quae duos infantes suos necaverat) ex agro Basiliensi annorum circiter 30 decollata et anatomiae publicae subjecta est, quam ocludui spatium D. D. J. H. Glaser erudite per omnes partes examinavit horis matutinis, pomeridianis vero in eodem subjecto chirurgiae operavimus, tum tamen stratae ad oculum. Nihil p. n. inventum, nisi quod hepar hypocondriam tam dextra, quam sinistra plane occuparet, et ligamentis pluribus peritando in sinistrum hepar connectebatur arcte.

3. Martii. Visitavimus ex benevolentia Dni Joh. Jacobi Buxtorffii, L. s. professoris bibliothecam, ubi monetarum manuscriptorum graecorum, latinorum, picturarum et raritatum praecipuarum ab Erasmo collectarum magnam copiam vidimus.

Mart. 4. Acepi litteras primas a d. noverca Claudiopoli, ubi de vita et sanitate meorum certior factus sum.

Mense Aprili accedente ad Singoviam principe Thurenio, militiae regiae generali, ad muniendam urbem Basileam tredecim Helvetici cantones 2000 praesidiariorum militum lectissimorum miserunt Basileam.

1. Maji. Ab eadem (noverca) literas de iisdem.

5. Mai. Adott T. Veresegyházi Tamás uram kölcsön 12 tallérokat.

9. Mai. Adott T. Horváthi Békés János uram 23 tallérokat kölcsön, szükségemben.

11. Mai. Accessi mensam dni Doctoris Medic. Balthas. Kisselbachii, supr. Colleg. praepositi, commensalis simul factus cl. Dni Joh. Békés.

13. Mai. Clar. D. Thomas Veresegyházi, ungarus s. s. theologiae doctor solenniter creatus a D. D. Johanne Zwingero, rectore D. D. Luca Gernlero s. s. theol. Pr.

14. Mai. Apertum est cadaver puberis annorum 16 ab infanti aethmatici et in hydrope-ascite mortui in nosocomio Basil. a clar. Dno, Dno Joh. H. Glasero, Anat. et Botan. P. P.

16. Mai. Visitavi Cameras raritatum ampliss. et consultiss. viri Domini Remigii Feschii J. U. D. et historiarum in academia Basiliensi profess. celeb. ubi multa et praeclara tam naturalia, quam artificialia visa sunt una cum stupenda ejus bibliotheca. Vidi inter caetera anserem sco-

tiens. manucodiatam. Item arcam quandam chinensem ad stuporem affabre factam, ab Europeis hactenus non imitabilem et saepe frustra tentatum artificium raritatis chinensibus plena, scripturis chinensibus in serico atramento exaratis et in cortice stilo. Atramentum sui generis, Idola, aras, numismata, sceptrum regum pennatum.

Item officia Ciceronis, primogenitum exemplar a typographia inventa, Moguntiae.

Biblia in omnibus lingvis, in quibus prodierunt. Tabulas ceratas, olim romanis usitatas.

Monetas ex omni modulo, aureas argenteas. Urnas cinerum humanorum. Lucernas perpetuo ardentes, effossas etc.

Bibliotheca continet Biblia in omnibus lingvis, in quibus exstant hactenus.

1. Jun. Literas accepi per Dominum Joh. RácZ Beszerményi allatas ex Transylvania a D. noverca, fratribus, a domino Martino Janki, veteri amico et unacum 100 tall. imperialibus, opportune admodum, ad ultimam enim necessitatem redacturus.

1. Julii. Profectus est Bernam D. Joh. Békés Horvathi, popularis, ss. theol. stud. doctus, peregrinationis meae germanicae comes, Hernicae suae intestinalis Βεβωνοκλητης¹ curandae causa, apud celeberrimum reipublicae Bernensis Chyrurgum ordinarium Langium, ubi a Chyrurgo persvasus se sectioni s. castrationi submitit, quae administrata est 11-a julii, hora octava matutina satis feliciter, et pertulit facile ad diem octavum, quo convulsionibus tentari coepit, et ingravescens iisdem, nono a sectione die inter maximos cruciatus, integra tamen usus ratione et lingua, bonorum suorum dispositione facta, Deum ardentem et continuo precatus pie exspiravit eodem die, qui fuit vigesimus julii, die hora dimidia quinta vespertina et sequenti die sepultus, comitante funus venerando coetu ecclesiastico Bernensi, corpus bajularunt studiosi Bernenses, prout haec omnia excell. D. Joh. Nicolai professor theol. ibidem primarius, pie defuncti hospes et filius ejus, ejusdem nominis, qui ad ultimum halitum τῆ μακαριτῆ nostri constanter adfuit, et ultima ejus verba et preces curiose exceperit — historice nobis Basileam perscribere. Quod tam inopinatum nuncium nos ejus populares, me et D. Joh. Kopsis Kállai, qui tunc Basileae degebamus, non mediocriter perculit, cum tam svavi amico privati essemus, tum quod tam acerbe noster, et quidem absens peremptus esset, tum vero maxime respectu afflictæ patriæ, quod tam eruditum in omni genere scientiarum, theologum solidum, lingvarum latinae, graecae, et hebraeae praesertim peritissimum, in Patribus versatissimum, concionatorem facundum, zelosum disputatorem acerrimum, pium ad haec et humilem ac modestum amisisset. Θεῶ δ' ἔτελειετο βεβλη.

6. Septembris, die ☉ hora 2-da pomeridiana invocato Dei O. M. nomine petii gradum a venerando sene D. Joh. Casp. Bauchino, Med. Bas. p. t. Decano Spectabili, Christianissimi regis et variorum Germaniae

¹ Ágyék bélsérv.

principum consiliario et archiatro, qui me benigne audivit et praemissis pro more praemittendis matriculae candidatorum medicinae inseruit. Pro insertione expendi tall. imp. 2; pro tentamine tall. imp. 15 et duos florenos aureos, id est, tall. imp. 3. Missus sum pro tentamine privato ad D. D. Burchardum.

14. Septembris sustinui publicum tentamen vagum per universam medicinam die ☾ per bihorium ab hora octava matutina ad decimam. Examinatores fuere: idem D. D. Bāuchinus practices; D. D. Joh. Rodolphus Burchardus theorices et D. D. Joh. Henr. Glaserus, anatom. et botan. professores p. Absoluto tentamine, sorte pro more assignata, mihi sunt duo themata, theoreticum et practicum. De materia medica et dolore capitis, hac lege, ut die sequenti ♂ hora octava per semihoram utrumque thema ex prompta memoria deducam methodice.

15. septembris. Deductis thematibus meis, iisdem horis sustinui examen, ut vocant, rigorosum. Quo feliciter absoluto hora dimidia undecima decretus est mihi gradus in medicina et in antecessum publice disputare jussus sum.

9. octobris habui συν Θεω disputationem inauguralem tribus casibus medicis et consiliis absolutam de supra mensium hysterica passione¹ et mola,² in frequenti D. professorum, doctorum et studiosorum auditorio. Opposueri mihi excellentiss. Dn. Balthasar Kisselbach philos. et med. doctor Collegii superioris Basil. praepositus hospes meus D. medicinae candidatus Melchior Sissebach, Lesnâ, Polonus; D. Paulus Jalon Metensis gallus, D. Theodorus Boxbarterus, Ulmâ Svevus, D. Joh. Christoph. Erb, Bregiâ Silesius, D. Fridericus Bauhinus Basiliensis, Joh. Caspari F. D. Joh. Jacobus Wettstenius Basileensis medicinae studiosi commilitones et amici. Adfuit actui unicus Ungarus D. Joh. Kópis Kállai, SS. theol. studiosus, amicus singularis. Praefuit actui D. D. Joh. Henr. Glaserus, tanquam prodecanus, D. D. Bauchino aegrotante.

14. octobris, quo competitor meus D. Melchior Süssebach, Lesnâ polonus inaug. Disputationem habuit de colica. Finita disputatione, conventus facultatis factus est, ubi promotor nobis assignatus est, et collocati sumus, mihi sorte secundus locus obtigit.

20. octobris, Stylo veteri, promotio nostra solennis peracta est, primum quidem hora septima matutina in collegio superiori Erasmano comparuimus, ubi etiam omnes proceres academici cum magnifico domino rectore Nicolao Passavant, jureconsulto convenere et nos in summum templum comitati sunt, duxit me venerandus Senex D. Joh. Rodolphus Wettstenius s. theol. D. et novi testamenti p. p. tunc concionem habuit eruditam vir celeberrimus D. Lucas Gernlerus antistes s. theol. doctor et veteris testam. p. p. ex cap. XVIII. Geneseos de hospitalitate Abrahami, et pro salute doctorandorum — finita concione — preces fudit cum populo. E templo reducti sumus cum eodem comitatu et latus meum clausit D. D. Lucas Gernlerus ad collegium superius, ubi omnes et sin-

¹ Havitisztulás, méhszenv.

² Úszögterhesség.

gulos excellent. D. promotor D. Joh. Henricus Glaser invitavit tam ad actum publicum quam ad convivium. Actus inchoatus est hora decima, ubi D. promotor orationem habuit de veris et falsis medicis; tum — absoluta oratione — se convertit ad D. Melchiorum Sussebach, cujus genealogia et vita recitata, ipsum perorare jussit, qui peroravit de necessitate cognitionis mineralium; deinde ad me, et recitata familia, patria, vita etc. verba facere jussit, fecique de natalibus et progressu medicinae. Fui ornatus variis fautorum et amicorum aggratulationibus poëticis. His factis pedellus ad vice cancellarium deduxit D. D. Joh. Rodolphum Burchardum, ubi notarius academiae juramentum exegit. Tum D. vice cancellarius nos medicinae licentiatos — praemissa oratione — creavit et simul D. promotori nos doctores creandi publice potestatem dedit. Tunc a pedello deducti sumus ad superiorem cathedram ad D. promotorem cum musica, qui deinde pro more omnes ceremonias absolvit, et hic totus actus peractus est in collegio inferiori in Brabanterio academico. Peractis his reducti sumus cum eodem comitatu in superius collegium, ubi splendidum prandium apparatus erat, assedimus mensae hora dimidia prima. Caetera quis nescit?

Restat ut Deus ille piorum custos, qui me ab utero materno huc usque tam benigne protexit, indignum et bonis suis donis vane abutentem; qui me e terra patria eduxit, per exteris oras salvum duxit, inter tot armorum strepitus in tuto locavit et in Helvetia tanquam in ardua petra fixit et meos sudores sub claris praeceptoribus optato fine beavit; mihi meisque conatibus ac laboribus deinceps quoque assistat, gi dulcem patriam reducat, incolumemque meis reddat, ad nominis sui honoriam, miserorum mortalium salutem, meamque felicitatem, ut ipsi in coetu piorum cum fratribus meis tandem novum canticum laetus canam. Amen.

Solvi pedello pro ministerio tall. imp. 4.

Notario academiae pro testimonio tall. 4.

Professori musices tall. 1.

Domino promotori tall. X.

Alumnis Erasmiensis tall. dimid.

Pro vestimentis holosericis tall. 1.

Pro convivio doctorali, bibliotheca et prytaneo simul tall. XX.

Typographo pro disputatione inaugurali, aggratulationibus et programmata impressis tall. 13.

Bibliopego pro iisdem compactis tall. 2.

11. nov. Epicedion in obitum p. m. D. Horvathi recepi e typographia.

18. nov. Stylo veteri. Discessit Basileâ D. Johan. Kopsis de Kállo ad illustres Tigrinos.

Mense novembri Serenissimus Elector Brandenburgicus cum viginti millibus militum in Alsatiâ venit et Brisacum obsedit cum adjunctis imperatoriis et variis imperialibus copiis ad 60,000. Quam multos fame fere enectos Basileam intrantes vidi germanos, ungaros, croatosque milites. Equus vendebatur pro uno, duobusve panibus.

16/6. decembris die ☉ cum in cantione matutina essemus, hora nona, horrendus terrae motus factus est, qui totum coetum in fugam coniecit, Domino Lucâ, qui tunc concionabatur, constanter in suggestu manente. Eram tum in summo templo cultus causa et a ruente multitudine fere conculcatus sum. Fuit magno cum fragore adeo ut territi fugituri fugere non possent sed humi sternerentur. Concussit totam urbem cum maximo in singulis templis tumultu. Sequenti die ☉ D. D. Gernlerus ecclesiae antistes concionatus est potenter ex psalm. XVIII/6. Hic terrae motus, ut postmodum accepimus, non solum Basileam verum Alsatiam et Helvetiam magnam partem concussit.

28. dec. Accepi septima vice ex legato Erastico tall. X. decem. libras Basilienses, sicque ex hoc legato mihi collato, ex quo Basileae habito, LXX libras pecuniae Basiliensis accepi, id est talleros triginta duos. Quanta, Deus bone, caritas et pietas universitatis Basileensis erga immerentem peregrinum. Domine! Conserva hanc in pace!

1675.

Ur Isten! minden hiveknek igaz elégsége, az ki ez világ szerint fenn forgó háboruk között való bujdosásomban ilyen kegyelmesen gondomat viseléd és sok bajos munkáimnak első örömét engedéd érnem ez elmúlt esztendőben; tartsd meg ebbeli jódat ez esztendőben is és egész életemben. Vigy haza békével édes hazámban, hogy kezem s elmém munkája által neved dicsértessék, sok nyomorultak erőt vegyenek és az én édes atyámfiaival edgyütt a szentek gyülekezetibenn neked, kit egyedül illet az tisztesség, mondhassak uj éneket. Amen.

Éneklém az XXVII. soltárt az uj esztendő kezdetében, cum circa urbem Basileam miles gallicus Caesarianus Brandenburgicus etc. in urbe vero maligna febris grassarentur.

Mense januario princeps electoralis dignitatis haeres filius erenis. Elect. Brand. moritur Argentorati.

15. februar. Vir Celeberrimus D. D. Joh. Henr. Glaserus praeceptor et promotor meus fidelissimus anatom. et botan. in celebr. univers. Basil. P. P. parentis instar a me amatus et cultus febre maligna cor. repts, quam ex continua et irrequieta diu noctuque praxi — hae lue grassante — contraxerat in domino obiit inter 4 et 5 horam vespere.

18. febr. Eadem lue correptus magnus theologus et h. t. (= hoc tempore) fere incomperabilis D. D. Lucas Gernlerus, Antistes ecclesiae et p. p. ss. theol. Basil. communi omnium bonor. imo etiam malorum fletu post se relicto — pie obiit.

22. febr. profectus sum Reinfeldam nobile Sylvae Hercinae propugnaculum animi causa, ubi patres Capucini in monasterio honeste exceperunt et omnes monasterii templique recessus ostenderunt, inter caetera trium virginum martyrum ex societate S. Ursulae ossa sceleti modo erecta, quae asservabantur in templo Capucinorum, veram item effigiem ac staturam S. Francisci et caetera.

Calendis Martii accepi literas nobilissimi et doctissimi juvenis Domini Joh. Conradi Peieri Scaphusio, in quibus me ad aedes paternas Scaphusium humanissime vocavit.

8. martii. Octava vice accepi X. tt. (= talleros) decem libras pecuniae Basil. ex legato Erastico.

20. mart. in numerum assessorum amplissimae facultatis medicae Basiliensis receptus sum. Solvi tal. VI.

9. april. Duorum annorum hospes Basileam meam deserui, quae mihi altera patria jure optimo vocanda, pransus sum Lucis valle Lichtesdall (= Liechtesthal) oppido agri Basileensis.

10. Aroidam, urbem formosam agri Bernensis veni, ubi reformatorum Cantonum Helveticorum comitia celebrari solent. Eodem die ad prandium Baden Helvetiorum urbem, ubi generalia tredecim Cantonum Helveticorum celebrantur — veni. Hic sunt decantatae illae ac tot diversoriis ac cameris distractae thermae, quibus animi causa me immersi. Eodem die Tigurum Helvetiorum metropolim exceptus hospitio a celeberrimo domino Heideggero, apud quem hospitantem Cl. D. Joh. Copis Callai salvum reperi.

12. Visitavi Tiguri Bibliothecam civicam.

13. In templo — ut vocant — aquatico pro more oratio habita in magna auditorum frequentia, de persecutione hujus temporis Gallica, Hollandica, Palatina, Dochiana, Ungarica.

14. Vidi naevum in nosocomio Tigur. stupendum, dependentem nempe ab uteri sinu molem carmena, quae in ambitu duos fere ulnas complectebatur. Item apud celeberr. medicum Dominum Joh. Henr. Lavaterum partem ossis tibiae spina ventosa¹ affectae, erat crus Monachi cujusdam.

19. Scaphusium appuli, exceptus paterne a nobil. viro D. Joh. Conrado Pejero patritio et senatore Scaphusano qui de meo adventu una cum tota domo impense est gratulatus.

22. Interfui jucundo examini mathematico Clar. D. Spleissii gymnasiarchae Scaphusiensis.

23. Bibliothecam urbis publicam visitavi.

24. Celeberrimum Medicum Dominum Joh. Jacob. Wepferum.

25. Coena divite exceptus sum ab excellentissimis dominis Harde-
ris Med. Doctoribus, patre et filio; illo poliatro urbis.

28. Coenavi in tribu nobilium et patriciorum Scaphusanorum, deductus eo a nobilissimo domino Pejero, ubi societatem et conversationem plusquam fraternam summopere sum miratus.

29. Excurrimus in suburbanum praedium — Viesholtz dictum nobiliss. domini Pejeri tribus horis distans, et tunc transivimus Diessenhofium urbem Turgeae seu Turgoviae ad Rhenum. Inde reversi canes et feles secuimus Scaphusii.

¹ Orsószerű csontdaganat.

3. maji. Interfui armilustrio Scaphusano. Propedie Fessi pentecostes in nosocomio Scaphusam cadaver mulieris Constantiensis, quae eo divertens repente mortua fuerat, dissecui. Aderant D. dr. Harder junior. Nob. Dn. Pejerus filius, 4 medici studiosi et clar. D. Joh. Copis Cállai.

6. juni. Dissecuimus erinaceum, ubi praeter alia vastum panareas et vaginam uteri valde amplam observare erat.

10. juni. Bono cum Deo cl. Dn. Joh. Copis Cállai Scaphusia discessit, iter patrium ingressus et per Silesiam continuaturus, ego ob viatici defectum mansi Scaphusiae.

25. junii. Tiguro a Celeberrimis viris Heideggero et Suicero accepi mutuo tall. imperiales decem.

28. Dissecuimus uterum ovillum cum foetu. Item feria secunda pentecostes 2-a junii die oae (?) vidimus solemniter introductum novum Consulem Scaphusiensem in templum ad Divum Johannem comitante toto senatu cum tubarum et tibiaram clangore. Eodem die panem et vinum novus magistratus universis civibus tributim distribui jussit, sicque in omnibus urbis angulis Bacchanalia vivebant.

15. junii coram nobis dissecuit celeberrimus Dn. Pater Vepfer duas vulpeculas vivas et monedulam.

12. junii. Spectandum nobis exhibuit et dissecuit Dn. dr. Vepfer monstrum. Erant duae foemellae infantes recens natae, ceterum omnibus partibus absolutae et integrae, nisi quod in lumbis et ingvine ita connatae essent, ut ambabus unus idemque podex et vulva esset.

Sicque trimestris Scaphusiae apud nobiliss. dominum Joh. Conradum Pejerum in gratuito hospitio hospes cum nihil e patria subsidii affulgeret, pertaesus vitae tam ambiguae, nobilissimo domino hospiti voluntatem meam in patriam redeundi et simul egestatem significo, ille re cum amicis communicata me promte expedit hoc modo Dominus nobiliss. Quaestor Scaphusiens. reip. misit tall. 4. excellentiss. dominus dr. medic. Henr. Seretu tall. 2., eodem procurante et me commendante vir nobiliss. et doctiss. Dnus Ludovicus Pejerus, redituum episcopi Constantiensis circa Scaphusiam praefectus, cui Tacitum Berneggeri dedicavit Treintchemius, misit tall. 10. Venerandus dominus ordinis ecclesiastici Decanus Dominus Joh. Scholikius tall. 2. Excell. Dn. dr. Christophorus Harderus reip. Scaphusiens. medicus ord. tall. 1. Nobiliss. dominus David Pejerus ad montem niveum tall. 2. Nobiliss. dominus Hospes tall. 3., ejus gener nobiliss. dominus Joh. Wilhelmus Ziegler tall. 1. Hoc viatico a piis viris instructus et a nobiliss. domini hospitis domo moesto corde divulsus, divino invocato numine Scaphusia egressus et 8. julii, iter patrium ingressus sum veni Eugam Urbem comitum Schillingensium.

9. Venimus Simmesen ad Danubium, ubi princeps residet.

10. Ad prandium venimus Olingam, ad coenam Riedlingam in Svevia.

11. Pernoctavimus in alia Sveviae urbe ad Danubium.

12. Pransi sumus Ehingae urbe Sveviae, eodem die ad vesperam pervenimus Ulmam Svevorum, de via defatigati hoc enim iter a Scaphusia Ulmam pedites confecimus ego et alii sex opifces peregrini, diverti ad insigne Rotae.

13. Visitavit me excell. dominus Antonius Boxbartherus med. dr. filius cum eodem adivi aedes paternas et salutavi excell. dominum Boxbartherum patrem facultatis medicae ulmensis seniozem.

14. Visitavi excell. dominum Benthelium med. doctorem, senem eruditum, qui mihi instructam bibliothecam suam ostendit et Galeni opera latine cum notis marginalibus manu magni Jani Cornarii scriptis.

16. Ulma secundo Danubio vecti sumus Inspurgum, pernoctavimus Levingae.

17. Dilingam, ubi celebris universitas est, ubi collegium splendidum Jesuitarum visitavimus; pridie ejus diei disputaverunt pro gradu magisterii 13 Baccalaurei de Ente Finito. Thema orationis fuit: An deus mundum hunc creare potuisset, non creato homine rationali spectatore universi. Est haec amoena urbs ditionis Bavariae.

18. Neoburgum, ubi regia splendidissima principum Neoburgicorum comitum palatinor. visitavimus collegium amoenissimum Jesuitarum ubi mortuus est illustris poeta Petrus Walde; ad vesperam Ingolstadium, ubi antiqua universitas, maximus clericorum numerus. Collegium Jesuitarum visitavi. Difficulus in hanc urbem intronissus sum, est enim munimentum praecipuum electoris Bavari.

19. Pransi sumus Kelhaini, ad vesperam vero appulimus Ratisbonam urbem diaetis perpetuis imperialib. celebrem. Hic pons lapideus super Danubium stratus stupendae molis.

20. Salutavi generosum dominum Hansemannum reisp. ratisbonens. consiliarium, qui me peramanter excepit. Scribam suum mihi adjunxit, et me ad cameras illas solennes, in quibus diaetae illae famosissimae celebrantur, deduci curavit, idque opportune, tum enim omnia aperta et parata erant, post horam enim conventuri erant omnes legati imperiales et alii. Vidi collegium electorale, cultum satis et superbum, et collegium principum, item statuum imperialium, item reip. ratisbonensis, eleganti ordine dispositas cathedras, apposita cuilibet legatorum charta, penna scriptoria et sepia, parata in abaco vina generosa in aureis pateris, etc. Item confectiones variae pro bellariis, propinatum mihi quoque vinum... generosissimum. Vidi in collegio principum horologium affabre factum, quod omnes partes et mira horologii magni argentinensis in parvo corpore haberet, gallum nutantem, leones et phaenomena coelestia etc.

23. julii. Bono cum deo Ratisbona solvimus et venimus secundo flumine. 24. Straubingam, Bavariae urbem, comes meus fuit Marchionis Badens. Durlacensis consiliarium et cancellarium Dn. Dn. Scheiderus J. U. D. optimum et jucundum dubiae viae vehiculum. Pernoctavimus Filtzhoffen.

25. Pransi sumus Lintzii, formosissima Austriae superioris urbe, ubi imperatrix parere solet. Hinc paulum provecti pervenimus ad periculosas illas Danubii Syrtes quas tamen, quia Danubius nimium creverat in altero Danubii brachio evitavimus. Hic Syrtes feliciter superantibus offerri solet imago S. Nicolai servatoris et cista, pro eleemosyna.

26. Venimus Iph urbem. Hinc hora distat Marbach ubi montem praetervecti sumus, in quo aedificabatur templum in honorem B. Mariae Virginis, ad quod aedificandum collectae fiebant a praetereuntibus hoc

fundamento, quod cum civis Marbachensis plaustrum foeno oneratum adduceret sera vespera haesit in coeno, relicto is ibidem plaustro, redit cum equis ad suos, postridie mane rediturus cum vicinis ad dimovendum e coeno plaustrum. Cum redit postridie ejus diei, videt plaustrum oneratum in tuto et loco dimotum, quod pro miraculo imputabatur statuae B. Mariae Virginis et ad statuam templum eidem decretum est pro dimoto e coeno miraculose plaustro, quod tamen aurigae augustani sera vespera ibi forte praetereuntes bene poti loco moverant. Mox syrtes Danubii infames tot damnis praetervecti sumus salvi, data pro liberatione servatori S. Nicolao eleemosyna.

27. Venimus Krembs, Neoburgum urbem amoenissimum ubi princeps Neoburgicus comes palatinus residet. Splendidum hic Jesuitarum collegium.

27. Ad coenam venimus Viennam, ubi opportune offendi mercatores debrecinenses dominum Stephanum Dobozi juniorem, dnm. Stephanum Takács etc. qui mihi de reliqui itineris cura bonam spem fecere.

31. julii. Vidi Imperatorem Leopoldum, matrem Heleonoram, et uxorem Claudiam Felicitam solemniter vectos in collegium superius Jesuitarum, in regia, in templo etc. locis.

1. augusti Indultam ki Bécsből Landkocsinn, jöttünk Prukra ubi primus limes Ungariae.

2. augusti Óvárra, a hol amaz hires malmok vadniák, Mosonra estvére Nagy Gyórbenn, comesem volt az többi között nemes Kőszegi Ádám uram, ki jóltartott ebéden. 4. aug. Szállottam az újvárosbann Győri Márton uramnál.

5. augusti jött látnom Pápáról Páriz Imreh deák bátyám uram, ki velem két nap mulatott, az szüntelen török hír mia Pápára nem merék menni.

13. aug. Egressus sum Jaurino, invitante me domino Mich. Udvarhelyi typographo. Excepit me nobiliss. dom. Stephanus Dobozi curru suo, eo die transivimus per Sylvam Werthes, pernoctavimus ad pagum Bicske.

14. Tatára, Sámbeék, Kots, ad prandium Budára, szállottunk Pesten edgy Pribéknél.

15. Pestről kiindulván jöttünk estvére Kőrösre.

16. Szolokra, ott voltunk másfélnap, ott találtam Baló Mátyás uramot a Fejedelem emberét ki Bécsbenn igyekezett.

17. Pernoctavimus in prato.

18. Nádudvarra, ott által az Hortobágyon, estvére Szoboszlóra, itt szabadultam meg ab alvi obstructione, melybenn Budán estem vala.

19. Debreczenbenn szállottam becsületes Takács András uram ő kegyelme házához.

25. Marasztatott az becsületes Tanács Medicusnak.

18. october indultam ki Debreczenből Cállai Copis János urammal.

25. érkeztünk Kolozsvarra, az holott Isten jóvoltából anyám aszszonyt a hugom aszszonnal edgyütt jó egészségben találtam.

29. jöttem Tordára tisz. Gyöngyösi Péter urammal edgyütt az holott Tiszteletes Dadai János uramot ő kegyelmét kedvesivel edgyütt jó egészségben találtam.

1. nov. érkeztem Enyedre, az tisz. Csernátoni Pál jó atyám uram házához, régi praepceptor uraimot jó egészségben találtam.

3. az nemes Enyed városa becsülettel marasztatott Medicusnak; nemzetes Szabó Kerestély Fejérvármegye főbírája, Borberek István perceptor és Szigeti István deák enyedi Hadnagy uraimék által.

6. decz. jöttek be Debreczenben a német császár vitézi, az oda-futott felföldieket üldözni, kik töméntelen károkat töttenek a városnak is, emezeket, a kiket meg kaphattak elrablották javokban sákmánt vetettek. Az előljárók voltak im ezek: a Generalis Carolus Comes a Strasoldo; Comes Colando, Comes Carolus Pálfi; Comes Schmith, Comes Stephanus Barkoczi, Franciscus Barkoczi. Tizenhét napokig voltak az városban.

1676.

Isten e szomoru uj esztendőre békével virraszta fel, alkalmatosságot ada az őfelsége közönséges tiszteletére is az ő templomában ugyan Debreczen városában, mely az előtt a hatalmasok miatt sok ideig bezároltatott vala.

20. januar. Mentem ki Biharra az urat, Petrőczy István uramot ő nagyságát curálni.

9. februar. Kérettem Isten ő szent felsége vezérléséből borosjenei Zöldi István uram ő kegyelme hajadon leányát Katát Tiszteletes Köleséri Sámuelné és Szilágyi Mártonné asszonyomék által.

11. februar. Eljedzettem azon leánzót házastársul tiszteletes Gyöngyösi András tarczali praedicator uram és tiszteletes Szilágyi Márton debreczeni professor uram által. (Θεῶ ὑπ' αἰουρονι πομπῆ.)

24. martii. Isten kegyelmes gondviseléséből copulaltattam az debreczeni nagyobbik templomban tiszteletes Köleséri Samuel uram által, az én kedves feleségemmel Zöldi Katóval, mellyet Isten megáldgyon, s az nap volt lakodalmunk a nagyhirü Tornai István püspök háza félében a piacon sok becsületes uraim jelen létekben.

23. ápril. Indultam ki Debreczenből.

29. Érkeztem Kolozsvárra.

15. maji. Jöttem Enyedre.

28. maji. Szállottam a tiszteletes Dadai János uram ő kegyelme ujtordai praedicator Magyarutczai házábann.

15. decembris. Nata filia primogenita, Anna inter septimam et octavam vespertinam sub signo Ω die ♂.

1677.

Prole beatus et laetus cecini canticum Domino, salutavi hunc annum.

3. januar. Suscepta est e sacro fonte filiola suscepti spect. ac generosi domini Laurentii Pekri consors etc.

13. martii. Accepi literas Serenissimae principissae Dnae Dnae Annae Bornemisza, per manus proprias ac generosi dni dni Michaelis

Teleki, in quibus et per quem oblata est mihi sub honesto stipendio Archiatria, sive Medico practica provincia in Aula suae Celsitudinis.

3. maji. Coepi adornare pharmacopolium sub tecto Collegii Enyedens. Ez esztendőben szerzettem a földvári örökséget.

1678.

Laetus in domino inchoavi hunc annum. Mense augusto et septembri febre continua maligna, Hungaris Hagymáz dicta misere laboravi sex septimanis integris.

12. aug. Sub signo Geminorum interlunio, nata mihi filia iterum Barbara, quam ut deus O. M. diu sospitem servet, supplex oro, die veneris inter 11 et 12 nocturnam.

20. septembris. Oblata est mihi provincia professionis graecae lingvae et moralis philosophiae in illustri collegio Nagyenyediensi per spectabiles dominos, dominum Nicolaum de Bethlen et Balthasarum Macskási ex unanimi dominorum curatorum decreto, cui tamen vocationi justo dei judicio Tobias et Sanballas collegae¹ invidie et impudenter obstiterē, quod me a proposito plane deterruit.

18. october. Dilectus frater meus Emericus Pápai pedem movit Enyedino Debrecinum studiorum gratia, jam tum Enyedini 12 annor. hospes et aliquot annis praeceptoris poëtici publici munere in collegio laudabiliter functus, cui ut Deus porro largiter benedicat oro.

Anno 1679.

Hunc annum Claudopoli, quo ad festum nativitatis propinquorum visendorum gratia excurrebam, cum familia mea, tristis inchoavi, febre enim continua ardente misere conflictabar integrum mensem.

Totam fere aestatem in agro trivi in pago Földvár ubi etiam vocationem habui per venerandum dominum episcopum Michaelē Tofaeum, patronum meum singularem ad munus professoris in collegium Nagyenyedens. — Ez egész nyáron tovább félesztendőnél vajutt a kis Boricza az Ebag nyavalyába majd halálra.

29. martii. Égett el Enyed városa majd egészen egy utcán kívül.

Anno 1680.

Hunc annum satis tristis ingressus sum in pago Szentmiklós in aula spect. ac generosi domini cancellarii Wolffgangi de Bethlen. Interim mox non multo post, me, deus bonus solatus est.

4. januar. Solemniter introductus sum per spect. ac generosum dominum Nicolaum de Bethlen ad professionem physicam et graecam in illustre collegium Nagyenyediens. quam deus mihi auditoribusque meis ut bene vertat oro!

13. januar. Migravi in aedes collegio vicinas. — Ez esztendőben kezdettem építeni Földvártt.

¹ Dési Márton és Kolozsvári István.

15. Inchoavi bono cum deo lectiones publicas de affectibus animae.

16. Égett el Enyeden Magyarutczában 24 ház.

20. Minthogy Isten mind a két égésből egész cselédestől csudálatosan ragadott, mindkétszer ötöd nappal költözvén ki szállásomról más szállásra, a régi szállásom mindkétszer megégvén, Istennek ezért töredelmes szívvvel fogadást fogadtam, melyet ő felsége, hogy jó neven vegyen és erőt adgyon alázatosan kérem. — Edálám ez esztendőben a Pax Animaet. — Vöttem Enyeden a Tótutczai majort.

Anno 1681.

Hunc annum ingressus sum Albae Juliae in Aula Celsissimi Principis. Commensales mei facti: Joannes Leonhardi Cibiniens., Georgius et Daniel Vas de Czege, Gabriel Kendefi de Malomviz, Sigismundus Faigel Eperjesiens.

Hoc anno absolvi praelegendo metaphysicam et physicam generalem. Item aggressus sum expositionem criticam actorum apostolicorum.

Mense Augusto indult ki a Fejedelem Magyarországba az erdélyi haddal a magyarok segítségére, a két Oláhország hadával és a váradi Basával megedgyezvén, vötték meg Beszerményt és Cállo várát, Beszerményt elégették, Cállóban a gróf Tökölyi Imre praesidiuma maradott. A fejedelem Szathmár alól bejött. A praesidium csakhamar Cállót a németnek feladta.

A váradi Basa is az erdélyi Fejedelemtől függött, sed quum nostro uterentur privilegio, abusi sunt eo, magis suo malo. (E két sor beszúrás.)

Anno 1682.

Larga dei benedictione beatus laetus ingressus sum hunc annum.

Aggressus sum physicam specialem praelegere publice. Ismét mense Augusto török parancsolatyából kiindula a fejedelem az erdélyi haddal, menének Filek alá, a Budai vezér alá vettették a Fejedelem, hogy attul hallgatna. Fileket a török megvevé s elrontá. Tökölyi Imre Erdélytől elszakada és Filek alatt a vezértől solemniter Magyarországi Fejedelemnek renuntiaáltaték. Fejedelem sok kárral, semmi haszonnal, sok fizetéssel haza menekedék szüretre. — Ez esztendőben irtam az Thanatologiat.

Anno 1683.

Annum hunc laetus ingressus sum in possessione Generosi fratris domini Andreae Alvinczi in pago Sz. Margita ubi una cum uxore et liberis festum nativitatis transegeram fraterna charitate exceptus.

Ez esztendőben irtam a Pax corporist. Item az magyar ecclesiastica historiat. Item végeztem el a földvári házát. Ez esztendőben is mense julio die 8. török parancsolattyából kiindula hadaival a Fejedelem Nagy-Győr felé, hogy az fővezérrel megegyezzen.

Exeunte majo et ineunte junio takarodott által az országon a Tatár Kam egész táborával. Edgy éjjel 4. jun. az enyedi mezőn hált és minden buzát elétetett.

Felérkezvén a Tatárság Bécs országnak minden lakosít többire elrablá, levágá, az földet elégeté, pusztítá a sűrű pogányság, mert volt az fő vezérrel hatszázezer ember. Erőssen vitatá Bécsset és rontá falait és mikoron már az Bécsiek is a deditiorol gondolkodnának, a Lengyel király maga és az imperialis hadakkal supervenial, s elúzi az vezért Isten csudájára alola, számtalan nyereséget takarítván el táboráról. Ugyanakkor Esztergomot vissza veszik a keresztyének. A Fejedelem mindezekből hadaival edgyütt békével maradott és októberben haza jó Erdélybe. A fő vezért megölette a Török császár a szerencsétlenségért.

Anno 1684.

Annum hunc una cum meis ingressus sum in pace.

Expositionem philologicam epistolae D. Pauli ad Romanos inchoavi publice, quod Deus benevertat.

14. maji. Voltam Szent-Margitán az én kedves öcsém uram nemzetes Alvinczi András uram temetésén.

17. junii hora 4. vespertina sub signo Leonis natus Franciscus filius.

25. julii. Volt az öcsém Pápai Imre ur lakadalma Posta János özvegyével.

18. sept. Inauguraltatott erdélyi fejedelemségre ifju urunk második Apafi Mihály öngysága nagy solennitással, az fejevári mezőn adatának meg a Török Császár ajándékai. Adgyon Isten öngyságának boldog regnálást rajtunk sokáig.

5. Novembris. Temettük el Fejevárott Tofeus Mihály reformatus püspök uramat nagy solennitással praesente principe et regni proceribus omnibus.

8. decembris. Electus in episcopatum R. D. Stephanus Horti in templo Albensi.

Anno 1685.

Hunc annum in pace una cum meis salutavi Enyedini.

11. maji szólította ki Isten ez világból az én édes kis Ferkő fiamot 3 óraker reggel nagy szomorúságunkra.

Ez esztendőben semmi oly baja sem hadi expeditioja nem lőn Erdélynek. A török egy néhány harczon megveretett a némettől igen. Érsekujvárt és több apró helyeket tőle vissza nyertenek a keresztyének.

20. aug. Megégett Küküllővárót a sokadalom, egy tonna puska-por felgyulván, megbecsülhetetlen kára lőtt minden árosoknak, mindenek oda veszvén.

29. aug. Betegedtem meg majd halálra Szt. Miklóson Tek. Bethlen Miklós ur házánál, feküdtem ott öt hétig, utolyára az ötödik hétben feleségem, ki szüntelen mellettem fáradhatatlanul dajkálkodott, megbetegedék, betegen haza ment Enyedre, én is utána; két hétig fekvén igen súlyosan, kimulék az urban 19. oktober 6 óraker reggel nagy szomorúságomra, magam is még betegágyban fekvén.

21. Lőtt temetése, kit Isten nyugosson meg, praedicálott igen tudósan a háznál tiszt. collegam Dési Márton uram ex psalm. 68/14. De tentationum et afflictionum terminis a deo sapienter fixis etc. az temetőben tiszteletes Bajcsi András uram Nagyenyedi ordinarius praedicator ex prov. 31. 10.

1686.

Ez esztendőben léptem özvegyen türehető egészségben s csendességben. Mense februario vötte meg sz. Job várat Carafa a Töröktől.

27. február égett el Enyed városa majd egészen.

2. marc. Estve 6 óraker mult ki szép csendesen ez világból az én édes testvér öcsém Pápai Imre.

7. martii volt menyegzői lakadalmunk Tordán nemzetes Szekhalmi András uram hajadon leányával Szekhalmi Annával, kit a jó Isten sokáig éltesen maga dicsőségére.

Mensibus junio, julio, augusto vitatta a Német Császár Budát megis vötte sok vérrel mense septembri. Több egyéb sok triumphusi is löttnek Magyarországbán. Ezalatt Fridericus Comes a Scherfenberg mintegy 12 ezer emberrel bejött Erdélyben és igen sok kárt tött. Szeben alatt az Maros és aranyosszéki hadban sokat levágotott.

Anno 1687.

Inchoavi hunc annum cum meis in pace et sanitate. Antonius Carafa exercituum Leopoldi imperatoris summus generalis nagy exactiokkal terhelte Erdélyt. Mense aprili ölette meg Eperjesen a főrendeket.

20. aprilis mentünk tiszteletes Kolozvári István collega urammal urunk parancsolattýából Fogarasban expediendi ad exteros reges, principes, republicas.

1. maji. Natus filius Franciscus hora octava vespertina sub signo sagittarii, plenilunio. — Ez esztendőben őszszel jött be nagy haddal Carolus dux Lotharingiae.

Anno 1688.

Inchoavi hunc annum in Aula Fogarasini; interea dum absum, miles Caesareus regiminis Baronis de Paw ad hyberna dispositus Enyedini.

27. augusti. Exspiravit Celsissima Transylvaniae Principissa Dna Dna Anna Bornemisza Ebesfalvini.

Anno 1689.

Hunc annum inchoavi in Aula ad latus Celsissimi Principis Michaelis Apafi jam vidui circa ejus curam occupatus.

4. decz. hora 8 mat. sub signo Scorpionis interlunio nata filia Christina.

Anno 1690.

Inchoavimus hunc annum in Aula Celsissimi Principis Apafii, Balásfalvini.

11. november Ludovicus princeps Badensis szállott Enyeden táborával.

15. aprilis. Pie in domino denatus est Princeps Transylvaniae Michael Apafi senior.

21. augusti verte meg Tökölyi Imre Heusler és Teleki táborát a Barczán, holott Teleki Mihály elveszett Heusler rabbá esett.

Anno 1691.

Inchoavi hunc annum laetus sed ecce instant tristia, nam 7. januar uxor mea dilecta graviter aegrotare coepit ex maligna dysenteria, quam inter acerbissimos dolores protraxit usque ad 2. martii, quando hora 7 matutina magno mei meorumque luctu post se relicto ad plures abiit, sepulta 4. mart. concionem doctam habuit Clariss. et reverendiss. D. Andreas Bajcsi ex proverb. 14. 1.

KONCZ JÓZSEF.

EGY BECSES KOSSUTH EREKLYE.

Nagyon érdekes, a szabadságharcot közvetlenül megelőzőtt évek hirlapirodalmának történetéhez, valamint Kossuth életrajzához is igen fontos, s amennyire tudom, egészen ösmeretlen adat került kezeim közé. Az irat az Országos Levéltár magyar udvari kancelláriai osztályából való (Conc. Exp. 3651/1844), s egy *Kossuth Lajos által elejétől végig saját kezével írott előfizetési program*. Ugyanis 1844-ben, mikor már Kossuth a Landerer Pesti Hirlapját negyedfélévig szerkesztette volt, s kiadójával meghasonlott, »*Budapesti Évlapok*« címzen a maga kiadásában és szerkesztése mellett akart egy hetenkint hatszor, négyszer, vagy legalább is kétszer megjelenendő lapot kiadni, s erre nézve engedélyért folyamodott a királyhoz. Maga a folyamodvány nincs meg az iratok között, csak a program, mely szórul szóra itt következik.

BUDAPESTI ÉVLAPOK

című

Politikai és társadalmi Hirlap

Programmája

szerkeszti és kiadja Kossuth Lajos.

Három éven túl szerkesztém a Landerer Lajos úr által kiadott »Pesti Hirlap«-ot, s ezen idő alatt a magyar közönségnek minden körülmények s viszonyok közt annyi részvételével vala szerencsém találkozni, hogy most, midőn közönség elibe nem tartozó magány okok miatt a köztem, s a Pesti Hirlap kiadó tulajdonosa között létezett viszony megszakadván, én azon három és fél évig általam szerkesztett időszakai laptól